Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26207
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Quare fuit institutum

F uit autem institutum hoc sa-
cramentum in medicinam cottidi-
Aug. anae infirmitatis. Unde Augustinus: Iteratur
cottidie haec oblatio, quia cottidie
peccamus. Item: quia cottidie labimur,
cottidie pro nobis mystice Christus immolatur.
Fabianus papa. Ter autem in anno cuique fideli commu-
nicandum est, in pascha scilicet et pentecos-
ten et natale domini. Qui conficiant
hoc sacramenta.

C onficitur autem hoc sacramentum a
quolibet sacerdote secundum
ritum et intentionem conficiendumque,
si in unitate ecclesiae consistit. Excom-
municati quoque vel de haeresi manifeste
notati non conficiunt hoc sacramentum.
Nemo enim conficiens dicit offero, sed offeri-
in sermone de corpore Christi. mus, quasi ex persona ecclesiae. Quod ~~Augustinus~~ ita
dicit. Hec olim nomine et adveniente veritate.
Missa enim dicitur eo quod celestis missus,
id est angelus, ad consecrandum dominicum cor-
pus adveniat, dicente sacerdote:
Omnipotens deus, iube haec perferri per ma-
nus angeli tui in sublime altare
tuum. Sed numquid heretico usurpante
hoc mysterium angelum de celo mit-
tit deus oblationem eius consecrare? Huc
de celesti mysterio perstrinximus que
fidelibus catholicis tenenda sunt.

De penitentia.

P ost hec de penitentia
videamus, que post naufragium ade-
est originalis peccati secunda tabula est.
Prima enim est baptismus, ubi vetus homo
deponitur et induitur novus, quod semel
perstitum non iteratur. Penitentia autem
frequenter subvenit. A qua predi-
catio iohannis et domini cepit dicen-
tium: Penitentiam agite, appro-
pinquabit enim regnum celorum.
Dicta est autem penitentia a puni-
endo, quia quis illicita que commisit.
Penitere enim est penam tenere, ut semper
puniat in se ulciscendo quod com-
misit peccando. Proinde peni-
tentie virtus timore concipitur. Unde
~~Ysaias~~ A timore tuo domine conce-
pimus et peperimus spiritum salutis. Peni-
tentia vero alia sollempnis est, alia non.
Sollempnis est, ut Ambrosius ait, que fit
extra ecclesiam in manifesto in cinere
et cilicio, que pro manifestis hor-
rendisque tantum delictis imponitur, que
non iteratur pro reverentia sacramenti. Hec
tionem enim hominis de paradiso significat.
Alia vero non est sollempnis, que virtus minus
est et in occulto agitur et frequenter
ab eodem iterari potest in salutem.
quod probatur exemplo David. Qui post
veniam adulterii et homicidii quem
deliquit in numerando populum, qui
deum angelo ferienti plebem se
optulit dicens: Grex iste quid fecit?